



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Formulare Aduocatoru[m] et Procuratoru[m] Romane  
Curie et Regij Parlamenti**

**Katholische Kirche / Curia Romana**

**Hagenaw, 6. März 1503**

**VD16 F 1887**

De admissione rei p[er] defensionib[us] da[n]dis. xj

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70733)

## De terminis dilatoris ordinis

### De retractatione interrogatoriorum datorum

**I**tem interrogatoribus sic per reum datur si actor habet requirit quod est sibi tuum: dicitur requirere a iudice dicendo sic. Domine iudex mihi per pre aduersa data sunt interrogatoria. peto per vos retractari et rescindi si superflua. quod iudex debet facere presertim per pres requisitum. et etiam ex suo officio. quia sic articulus siue positio impertinet et non relevans pre dante respellitur: et a processu retrahitur. ut in c. cum contingat. in fi. de off. dele. et l. ad probationem. l. de pba. Ita et interrogatorium superfluum debet etiam rescindi per iudicem. quia interdum per quosdam testes producit dat interrogatoria impertinentia ad casum. puta interrogare testem si solus est validus. si deus est iustus. et similia. Forma autem interrogatorum vide in c. de testi. li. vi. in glo. posita super verbo interrogata. Iudex vel notarius examinet debet interrogare testem in predictis generalibus postquam premissa sunt data et facta iudex ipsemet audit et examinet testes seorsum. id est unum post alium et separatim: ad istarum testium productionem Susanna Dan. xiiij. et ponit glo. quarta. in c. ij. extra de testi. Et per se iudex debet eos examinare in causa criminali: ubi agit de statu hominis. in aut. apud eloquentissimum. l. de si. instru. et c. ij. de iud. li. vi. In alijs autem causis ipse testium examinationem committit notario cause. Vel interdum alicui speciali commissario. ut in dicto c. ij. de iud. li. vi.

### De admissione rei per defensionibus dandis.

**I**tem his autem omnibus testibus auditis et eorum depositionibus per notarium cause et scribam in scriptis redactis vel ante. petit reus se admitti ad dandum suas defensiones. quia quoniam testes actorum essent publici: nec ipsemet nec actor super eisdem articulis vel in eis idem vel alijs de directo prius periculum subornat vel eisdem vel alios testes producere possit in prima vel secunda instantiis. ut in c. fraternitatis. extra de testi. Nec in causa appellacionis. ut in c. de testi. e. ti. saltim in foro ecclesiastico. Et ideo tunc est reo dare defensiones ante testium publicationem. Et hoc admittitur ut eas det sic vult legat vel breves ad elidendum et enervandum intentionem actorum. puta si solutus vel pactus de non petendo vel commutato: vel alio modo putat sibi competere et occurrere in scriptis vel verbo. et petat eis responderi per actorem: quod eis responderi debet primo simpliciter. deinde medio iuramento: sic super dictum est de articulis actorum. et deinde nisi relevet per confessionem et rationem actorum admittitur reus ad illas probationes per testes. Et alia. sicut in ista cedula confessiones et alia similia. Et sicut modus et ordo in testium huiusmodi productione sic deest de probationibus articuloz actorum.

### De publicatione depositionum testium

**I**tem testibus igitur sic productis examinat et eorum depositionibus in scriptis redactis petit hinc inde publicari. et iudex prius si volentibus per publicat. id est quod vult dicta testium et depositiones que erant secreta sibi et notario cause que eos examinavit nunc fore nota et publica ipse ambobus partibus.